

Pleriq; enim nobilium Græcorum, & Favorinus philo-  
sophus memoriarum veterum exsequeantissimus affirmatissi-  
me scripserunt, simulacrum columbæ è ligno ab Archytâ ra-  
tione quadam disciplinaq; mechanica factum volasse, ita erat  
scilicet libramentis suspensum & aura spiritus inclusa, atq;  
occulta concitum. Porta lib. 2. cap. 10.

## Das XXVI. Capitel.

### Vas inversum ut aquam hauriat.

**Q**uod sic efficies. Longissimi colli paretur vas, & quo lon-  
gius, eo mirabilius vitreū vero, & perlucidum ut ascen-  
dentem aquam inspicias, hoc bullientis aquæ expleatur, & ubi  
totum efferbuerit vel igni fundum admoveto, illico, ne fri-  
gescat, inverso ore aquam tangat, & intro totam absorbeat.

Sic natura rerum exploratores solis radiis aquam hauri-  
ri & absorberi ajunt, è terræ concavis locis in montibus, unde  
fontanea efficitur scaturigo: Nec levia insurgunt hinc artifi-  
cia in spiritalibus mechanicis, ut tendit Hieron. sed ubi ab hoc  
proposito aliena alio transferatur. Idem, lib. eod. cap. 14.

### Vas ventum projiciens.

Sic enim confici potest, si fiat æolipila rea, vel rei al-  
terius, sit cava & rotunda & in ventre punctum habeat angu-  
stissimum, quo aqua infunditur, & si fors arduum fuerit, prio-  
ri utere experimento, si ad ignem accedens infervescit, cum  
que nullum habeat spiramentum, maximum inde ejicit Spi-  
ritum, sed crassitudinis humectum. lib. & cap. eod.

## Das XXVII. Capitel.

J iij

Schätze